

V 882

3

MARTINI SCHMEIZEL
DISSERTATIO ACADEMICA,
QVÆSTIONEM:
AN ELECTOR SAXONIÆ
JOHANNES
COGNOMENTO CONSTANS,
ANTE OBITVM, RELICTO LVTHERANORVM
COETV, IN CASTRA PONTIFICIORVM
TRANSIVERIT?
NEGATIVE DISCVTIENS,

Von der Frage:
Ob der
Whurfürst in **S**achsen **J**ohannes,
genandt der Beständige,
vor seinem Todt, wieder zu denen Catholischen
übergangen sey?
Mit Nein beantwortet.

RECVSA & EMENDATA. 1741.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS CHRISTIANI LUDOVICI SYMPHERI, ACAD. TYPOGR. (6)



CAPVT I.
DE
OCCASIONE ET ARGVMENTO
HVIVS DISSERTATIONIS.

Argumentum,

Pontificii dum firmis rationibus veritatem Evangelicam oppugnare non possant, calumniis ac figmentis rem agunt, factisque personalibus, ad rem nihil facientibus, proscindere eam suscep-
tū amque imperitis reddere conantur. Suo id exemplo demon-
stravit Jo. Kraus Jes. Prag. quando Johannem Constantem
Electorem Sax. minime fuisse constantem, post alias evincere
voluit. Cui ut obviam iretur, hujus suscepta est Dissertationis opera.



I.

In veteram Pontificiis, & plus vice simplici
comprobatam hactenus fuisse consuetudinem, ut dum rationibus oppugnare veri-
tatem minime possint, cuniculos querant,
variisque figmentis & calumniis innocen-
tes proscindant, factis denique personali-
bus, Lutheranorum hypotheses labefactare, suspectasque
imperitis facere allaborent, innumeris exemplis jam du-
dum demonstratum est.

A 2

II. Quæ

CAP. I. DE OCCASIONE

II. Quæ a me facta assertio, variis multisque comprobari posset rationibus & exemplis, nisi nota iam & perspecta esse doctis, suisque exposita locis cognoscerem; interim ne gratis haec a me dicta esse videantur, unum saltim, probatio-
nis loco in medium adducere licebit exemplum, quo ipso,
etiam de occasione & arguento suscepta hujus operæ, le-
ctori benevolo plenius constare poterit.

III. Scilicet effluxerunt menses aliquot, ex quo in pu-
blicum prodii, magna certe religionis Evangelicæ ignomi-
nia, scriptum quoddam revera pestiferum, Jesuita cuiusdam
Pragensis, cuius hunc in Titulo expressum tenorem no-
uimus: *Historischer Beytrag für das zweyte Lutherische Jubel-
Jahr, den Lutherischen Worts-Dienern, welchen es etwa in
Büchern und Concepionen mangelt, zum Geschencke presentiret von
P. Joanne Kraufs der Soc. Jesu Priestern, Prag 1717, in 8. in quo
Pragensis ille Socius, nefcio an ignorantia, an vero peccati-
tia & proæretico calumniandi & veritati historicæ contradicendi studio, innumeris fere fabulis crassisque erroribus,
Historiam secundi, ut loquitur, seculi Lutherani, conta-
minate non est subveritus.*

IV. Quæ effrons hominis protervia in caussa fuit, ut
horis subcisi vis, hunc petulantis aut verius, maledicentis in-
genii foetum, sub examen vocare, & testimonii ex genui-
nis Historiarum monumentis, desumptis, pro virili retun-
dere, e re futurum esse putaverim; Quo instituto susceptaque
opera, fecerimne Lectoris expectationi satis, penes alios esto
judicium, nec enim adeo suffenus sum, ut publice heic in
ea, quæ ad me spectant, stylum covertam.

V. Id dum ago, ecce, pag. 56. oculis meis fese obiicit
calumnia non minus immanis, quam contumelia horren-
da, quam novus iste Historicus Pragensis, in JOHANNIS Elect.
Sax. Lutherani, a perseverantia in religione repurgata, CON-
STANTIS dicti, piissimos manes evibrare, Heroisque hujus
admirandam in agnita veritate Constantiam usque ad extre-
mum

mum halitum, nefario certe ausu evertore, sustinuit, dum in laudatissimi illius confessoris gloriam, & posteritati, dum homines erunt, depradicandam constantiam, ita debachari non est veritus: In diesem Jahr (scil. 1682) hat Leopoldus von Kollonitsch, Bischoff von Neufstadt, im Druck ausgehen lassen, den Tractat Augultana und Anti-Augustana Confessio genannt, allda, die Ungleichformigkeit der Exemplarien dieser Confession, wie dann auch die Briefschafft Johannis Friderici Churfürsten aus Sachsen, authentisch zu sehen, darin die Profession des Johannis Friderici seines Herrn Vaters, so die Augsburgische Confession A. 1530 dem Kaiser Carolo V. præsentiret, zu dem Catholischen Glauben, zu sehen ist. Wie dann dieser Fürst, gleich wie er der Sachen unkundig, den Luther und das Lutherthum, mit seinem Anhang befördert, sich bey seinem Hinscheiden davon gänzlich gesondert, dem Luther abgesaget, seine Seete auszurüten befohlen, und gewünschet, daß man alles in dessen Landen zu dem vorigen seitigen Catholischen Stande bringen möchte; endlich nicht zulassen wollen, das die Erbhuldigung der Unterthanen und die Regierung des Fürstenthums, seinem Herrn Sohn Johann Friederichen erfolgen solte, so lang, bis solcher den Luther, und andere Anhänger der Seeten, aufs Lande würde abgewiesen haben Sc. Quid, quæso, acerbius aut magis injuriose, de constantissimo illo Heroe dici poterat? quo gubernante, revera plus detrimenti papatus accepit, quam multis annis ante, multisque post accipere unquam potuit, ceu omnibus liquido constat, qui vel primis labris historiarum illius ævi fontes degustarunt.

VI. Equidem non commemooro librum illum, qui a spiciis Kollonitschii prodiit, refutatum esse doctissime a Lipsiensium Theologo quondam celebratissimo Doct. VALENTINO ALBERII, quod doctis constare sciā; nec illud attingo, graviter errare Jesuitam, dum Electorem illum, qui Augustanam Confessionem Carolo V. obtulit, JOHANNEM Fridericum appellat, quippe qui simpliciter JOHANNES dictus fuit, ceu cuique perspectum est, qui vel uno oculo,

nomina Electorum Principumque, Augustanæ Confessio-
ni subscripta inspexit aut inspicere velit; illud igitur tantum
hoc loco dicimus, calumniatorem Pragensem, tutili hac gar-
rilitate nihil aliud agere, quam ut crambem superiori iam
seculo coctam atque rejectam, occasione jubilai Lutheranorum,
rursus recoquat, religionique Evangelicæ addictis
ægre faciat, bilemeve, si possit, moveat, denique, ut igna-
ris Historiæ laudatissimi illius Electoris fucum faciat; ho-
rum intuitu, relinquenda erat fabula hæc auctoribus suis,
pridem iam e memoria bonorum eruptis, imo releganda
cum novo recitore Pragensi ad extremos usque Garaman-
tas, ne iterata commemoratione novum confletur peri-
culum.

VII. Atenim vero, cum vomica hæc, nostro hoc tem-
pore nata iterum sit, omniumque exposita oculis, aperien-
dam in tempore eam & recidendam puravi, ne vitium ne-
gligendo serpat, contagioneque sua magis lœdar, partesque
puras & integras, infelici progreſſu vehementer infestet, at-
que interdum etiam corrumpat; imprimis etiam, quod non
paucos, quibus de fabula illa olim jam cocta atque re-
jecta nihil haſtenus constituit, atronitos quasi, in libro præ-
nominaco recoctam illam legisse, cognoverim.

VIII. Quare cum in id tempus inciderit, ubi Ampliss. Ordinis Philosophici consensu, argumentum aliquod publice
ventilandum mihi esset suscipiendum, (†) nullum & temporis
circumstantia & professioni meæ convenientius, ex amoe-
nissimo pariter ac latissimo Historiarum campo, viſum
fuit seligendum, quam, si fabulam illam, de Johannis Conſtantis
inconſtantia putatitia, in examen vocarem, inque gra-
tiam eorum, quibus hæc iateret, imposturam illam
detegarem, denique fundamenta quibus ea nititur, ratio-
nibus atque argumentis ex genuinis Historiæ monumentis,
desumptis, pro virili everterem atque deſtruere.

XI.

(†) factum hoc olim in Academia Ienensi A. MDCC XVIII. d. IV. Maj.

IX. Atque hæc est, Lector benebole ac veritatis amans, occasio & argumentum hujus a me operæ, in eum scilicet finem susceptae, ut constantissimi illius atque piissimi Electoris post mortem fama, a contumelia hostium veritatis vindicaretur, meritisque illius in Ecclesiam maximis asperfa injuria, diluatur pariter atque abstergatur. Quem laborem ut Deus I. O. M. fons ille inexhaustus omnis veritatis, felici eventu & successu secundare velit, est quod ardentibus supplico votis.

CAPVT II. BREVIS διανομὴν τελέσων HISTORIÆ JOHANNIS CONSTANTIS.

Argumentum.

Pietas & zelus Saxoniae Electorum ac Ducum in Religionem Evangelicam laudatur, id quod exemplo Johannis Constantis demonstratur. Cuius natus, itinera, conjugia, gubernatio breviter edifferuntur. Summa ejus in Religionem Evangelicam propensio, studiumque eam provehendi tam intra quam extra limites Saxonia sua, exponitur, cui accessit admiranda usque ad extrellum halsum constantia & in ea perseverantia, quod pluribus demonstratur. Extrema vita, morbus, annus mortalitatis, sepulchra breviter exponuntur. Scriptores de Historia Johannis Electoris enumerantur.

I.
Summa omni tempore fuit serenissimorum Saxoniae heroum pietas, nec minores pro religione labores suscepisti; quæ summa certe Dei beneficia sunt, & Saxones Deo caros esse declarant, horumque pietatem & rerum preciue divinarum intelligentiam, magnopere commendant; hæc enim vera & unica felicitatis nostra basis est, & quæ contra omnes difficultates ac pericula nos firmat atque tuerit.

II. Com-

II. Commemorare hac opportunitate possem, Saxonum in Ecclesiam pariter ac Literas merita, quibus immortalitati laudum suarum, magnum revera cumulum addidenterunt, nisi nota jam & perspecta esse orbi, suisque prolixius exposta locis, cognoscerem; Ratione igitur instituti, JOHANNEM saltim, a perseverantia in veritatis agnitione, CONSTANTEM dictum, brevibus in memoriam revocare, piissimumque hujus Electoris vita curriculum, per transennam quasi inspicere licebit; partim, ut dicendis eo major lux foenerecur, partim etiam, ut qui destituti forsitan erunt fontibus Historia Saxonica, ex isto, quem inde deduximus rivulo, haurire ea possint, quæ circa materiam substratam pranosticke omnino atque pro certo habere decet; ita enim eo facilius tandem judicari poterit, qua veritatis specie Pontificii, speciatim vero Jesuita Pragensis, affirmare possint, toties nec tamen satis laudatum Electorem, brevante mortem, relusto Lutheranorum coetu, ad castra Pontificiorum deflexisse.

III Natus est JOHANNES noster, Patre Ernesto Duce & Electore Saxonie A. O. R. MCCCCLXIX. d. mensis Jun. XXIX. Matre Elisabetha, ex illustri Bavariae Ducum familia oriunda; quem a Deo sibi datum filium parentes, prima statim pueritia, pie & honeste educandum, optimisque artibus imbuendum, diligenter curaverunt; Adolescens in aula Fridrici III. Imp. verfatus, tandem in literis, vivendi prudentia, militarique disciplina non parum profecit.

IV Sublato ex rebus humanis parente Anno MCCCC-LXXXVI. Johannaes, cum fratre Friderico natu majore, paternas ditiones singulari concordia gubernavit; cumque & corporis robore, & animi fortitudine omnino valeret, auspiciis Imperatoris Maximiliani, primum in Pannonia contra Turcas A. MCCCCXC, deinde etiam brevi post, in Italia contra Venetos eorumque socios, belli fortunam fecutus est.

V. Re-

JOHANNIS ELECTORIS.

9

V. Redux feliciter ex Italia, ad conjugium ineundum, animum adjecit suum, juncta sibi in matrimonium SOPHIA, Magni Duci Megapolitani filia A. MD. quæ, postquam A. MDIII. Johannem Fridericum filium & successorem patris enixa esset, XII. post parvum die, reliatis, quæ terrena possident, aternitati beatam reddit animam.

VI. Ex eo tempore, ultra decennium cælebs vixit laudissimus Elector noster, usque dum A. MD XIV. secundas iniret nuptias, cum MARGARETHA, Waldemari Principis Anhaltini gñata, ex qua duos suscepit filios, Johannem & Johannem Ernestum, totidemque filias, Margaretham & Mariam; Sed neque hoc conjugium diuturnum fuit, A. enim MD XXI. Margaretha quoque in Christo p̄e obdormiuit, post cuius obitum viduus noster mansit, usque ad finem vitæ laudabiliter a se peræcta.

VII. Sed ad gubernationem Johannis accedo. Fratre Friderico cœlibe A. MD XXV. defuncto, solus in terris & dignitatibus Electoralibus præfuit; quo regimine, tria ipsum maxime memorabilia pericula exercuerunt, seditio scilicet rusticorum, certamina religionis & controversia de elezione Regis Romanorum; quæ singula, cum ad materiam præsentem haud faciant, insuper multorum opera jam expressa esse constet, missa facimus, in ea tantum intenti, quæ circa beatissimi Electoris hujus pietatem & in veritatis Evangelicæ agnitione constantiam, a Pontificiis in dubium vocari novimus.

VIII. Religioni itaque & doctrinæ Evangelicæ, ministerio b. Lutheri in lucem productæ, studiosissimum fuisse, maximi pro eadem suscepti labores atque conamina, abunde loquuntur; quod laudabile studium, cum aliis rebus, illud imprimis etiam ostendit, dum assidue sacras literas tractaret, easque vel ipse legeret, vel si impedirent morbi, prælegi sibi curaret, insuper conciones frequenter audiret,

B

quas

quas saepe integras & poene ad verbum, raro hodie exemplo, in palimpsestos manu sua excipere consueverat.

IX. Quem igitur Deum ipse pie colebat, ei quoque aperuit portas terrarum suarum sibi subjectarum, & addidit in easdem glorioso regi patefecit; utque subditi etiam omnes, ad exemplum Domini sui veram disserent evangelii doctrinam, visitationem ecclesiarum prudenter instituit, quia & fideles iis prefecit pastores, & qui jam praeter officii sui diligenter admonuit, certis insuper & honestis constitutis stipendiis, ceu pluribus legere est in *Formula Visitationis*, quae publice edita inter *Lutheri Opera extat Tom. IV. Jen. Germ.*

X. Atque haec intra fines ditionum suarum, laudabili & felici successu suscepit; quanta ejus in publicis S. Rom. Imp. Comitiis, speciatim vero Spirensibus A. M D XXVI. & MDXXIX. & quae, cum primis in Augustanis A. MDXXX. pro religione evangelica fuerit opera, non opus est pluribus hoc loco exponere, cum universo orbi, de zelo ejus ac studio promovendieam, satis superque constet.

XI. Hanc vero singularem pietatem, laudatissimus Elector, non in ipsis tantum Comitiis publice probavit, verum etiam postea, quamdiu quidem in his terris vixit, in doctrina Augustanae Confessionis, quam in conspectu totius Imperii Augustae exhibuerat, constanter mansit: quo quidem defensae religionis amore, & in eadem usque ad finem vitae perseverantia, id promeruit, ut Constantis cognomento cluat, coque, dum homines pii virtutisque amantes erunt, perpetuo cohonestabitur.

XII. Quemadmodum autem ipse gloriofissimus Elector, a Pontificiorum idolatria se porfus abhorreto, toto vite curriculo, multis maximisque exemplis demonstratum posteritati reliquit, eodem par animo, & liberos suos ac hæredes, constantissime voluit esse; hanc vero piam Parentis erga liberos relictos voluntatem, liquido cognoscimus

JOHANNIS ELECTORIS.

ix

mus ex tenore testamenti, duobus ante beatum exitum annis, a se laudabiter adornati, cœu, ex quibusdam excerptis infra loco debito adducendis, clarissime nobis constare poterit.

XIII. Atque ista, etiam si tam clara tamque firma sint, ut nemo sanx mentis ea in dubium vocare possit, nihilominus tamen Pontificiorum nonnulli, eo progreffi sunt audacia, ut contra solem meridianum insurgere non erubuerint, contendentes, constantissimum illum Electorem minime fuisse constantem, verum, agnitis, ut calumniantur, quibus fascinatus haecenius fuisset Lutheri erroribus, brevi ante mortem ejusasse illius doctrinam, adeoque ad antiquæ, ut loquuntur, religionis cœtum rursus fese convertisse; Quam vero lubrico hæc fabula nitatur fundamento, ex infra dicendis fiet clarissimum, cum primis vero etiam ex iis, quæ de extrempis vitæ laudatissimi Electoris prænoscenda, breviter nunc in medium sumus allaturi.

XIV. Ipso igitur climaëterico anno, ætatis videlicet sua LXIII. Serenissimus Princeps, incertiore valetudine fuit, quo imprimis referendum, quod urgente ex malo quodam necessitate, resectus ipsi fuerit digitus in altero pede maximus, id quod mensé circiter sexto, ante ejus obitum factum esse, annales contestantur; ex quo tempore, magis magisque infirma fuit valetudine, ut alternis vicibus ac diebus, modo decumberet, modo circumambularet, nonnunquam etiam venationibus dolores mitigare institueret.

XV. Præcipuum vero dolorum levationem posuit in colloquiis, cum liberis charissimis, cum Luthero imprimis, Pontano denique atque Lindemann, quibus, ut plurimum de fontibus religionis, de immortalitate animæ, de majorum exemplis, & imprimis de parente suo pluscula differebantur.

XVI. Tandem ultima in hoc mortalitatis theatro vice, decimo puta ante beatissimum excellum die, Coburgo Schwætinizium iter ingefalus est, quarto a Witteberga lapi-

B 2

de

CAPVI II. BREVIS HISTORIA.

de oppidum distans; eo quidem proposito, ut venatione instituta, dolores mitigare posset suos, verum, ut exitus edocuit, sine successu post venationem enim magis magisque pessus habere coepit, inque lethalem subito morbum incidit, donec divina sic jubente voluntate A. M D XXXII. at. LXIII. d. 16. Aug. in agnita veritate & devota Dei invocatione, in arce Schweinizio adjacente, animam placide creatori & redemptori suo redderet, nemine ex liberis aut sanguine ipsi junctis, tum praesente; filium enim natu majorem Johannem Fridericum, sexto ante die, Coburgum remiserat, cum diligentissime ipsi commendasset ecclesias, scholas, subditosque suos, imprimis vero Academiam Wittebergensem, qua singulata testamento etiam, bieno jam ante adorato, summa cura filii suis injunxerat.

XVII. Morienti itaque, nemo praeter Lutherum, Melanchthonem, aliosque aulicos praesto fuit; nemo igitur de constantia ejus in agnita veritate usque ad extremum halitum, certius testificari potuit, quam ii ipsi, quibus praesertibus beatam efflavit animam; id quod singulari nobis adversus Pontificiorum calumnias esse poterit argumento, ceu suo loco demonstrabitur. Reliquiae Wittebergam delatae & in templo arcis pompa funebri decente, non sine ingenio omnium bonorum luctu, fuerunt reconditae, ubi monumentum pro dignitate personae exstructum, curiosorum oculis adhucdum ostendi solet.

XVIII. Denique, cum dicente PLINIO in *Pref. Hist. Nat.*, benignum & plenum ingenui pudoris sit, fateri per quos profeceris, ipsa etiam materiae substratae dignitas ita postulet, brevibus nunc illos in medium lubet producere Scriptores, quibus singula haec tenus commeratorum capita, accepta sunt referenda. In horum classe primum locum occupat D. LUTHERVS, cuius duas novimus *Conciones funebrales*, quas in esequiis pie defuncti electoris recitavit, extant ille in operum suorum Tom. V. Jen. Germ. Idem in *Colloquiis Mensa-*

*Mensalibus passim, mentionem injicit pietatis & singularis Constantiae usque ad finem vitæ, Johannis Electoris, ceu e- volventi indicem colloquiorum liquido constare potest. Huic jungimus PHILIP. MELANCHTHONIS *Orationem parenalem* in obitum Joh. Constantis Wittebergæ habitam, qua laudes & bene merita ejus doctissime exposuit, exat in *Orationum Tom. II, num. X.* JOHAN. SLEIDANVS de Stain Rel. Lib. VII. & VIII. LAVR. LINDEMANNVS in *Oratione de Johanne Elecȝ. Sax. JOH. ROSINVS in Vita Johannis El. VIT. LVD. a SECKENDORFF in Hist. Luther, JOH. SEB. MVLLERVS in Annalibus Saxoniciis ad an. cit.**

CAPVT III. DE ORIGINE ET AVCTORIBVS CALVMNIAE, IN PISSIMOS JOHANNIS MANES EVIBRATAE.

Argumentum.

Fabulam de Apostasia Johannis El. Pontificii probare conantur, ex epistola quadam Johannis Friderici El. Johannis Filiis, ad Duces Bavaria data. Quæ fideliter descripta in medium pro fertur. Ante obitum Job. Friderici nihil unquam de illa Ep istola auditum fuit. Job. Nass pro prima fabula auctore habetur, quem secuti sunt Andr. Fabricius, personatus Ungersdorf fuis, cuius verum nomen detegitur, Keddius, Klioniz alii, quos diligenter refutabant diversis locis & tempore D. Zeaman nus, Alberti, Brucknerus, alii. Quorum labores atque scri pta seq. Cap. in medium preferuntur.

Nullum esse mendacium aut fabulam, quamvis futulissi mam, quin auctores sui rationibus eam statuminare pro virili allaborent, experientia edocti novimus; Idem etiam

B 3

etiam circa calumniam & fabulam de Johannis Constantis apostasia evenire, ipsa hujus fabula nos docet Historia.

II. Quod si enim quæras, qua veritatis specie demonstare possint Pontificii, laudatum Electorem Johannem Constantem, minime fuisse constantem, adeoque brevi ante obitum in sua castra profugisse, statim, ecce, in primum iis est responsio, dum ad Epistolam quandam Johannis Friderici, Johannis Elect. filii & successoris, provocant, in qua mortem pariter ac defectionem Parentis sui, bige fratrum *Wilhelmo & Ludovico Bayaria Ducibus*, apertissimis verbis significaverit, quæ eo minus in dubium vocari possit, quippe quod authenticum ipsum, hodie adhuc, in tabulario Electorali quod Monachii est, pertinaci cura aſſervetur, pace tamen & permissione Electoris, superioribus annis haud simplici vice descriptum, fideque ac testimonio Notariorum juratorum corroboratum, inque apricum deductum esse conſerit; quo argumento, hoc de Johannis defectione aſſerum, tam clarissime demonstrare posse putant, ut nullus dubitandi amplius locus ſuperere queat.

III. At enim vero, quam lubrico ſingula haec nitantur fundamento, ex subsequentibus planum fiet. Interim ut ii, quibus forſan de Epistolæ illius venditata tenore nihil haſtentus conſtitit, & legero eam & cognoscere, dumque eam, ad lydium lapidem ſuo loco deducturi ſumus, eo facilius de re controverfa ferre poſſint iudicium, e re utique futurum putavimus, Epistolam illam deoantatam, convenienti hoc loco proponere, & quidem eo tenore, quo in libro illo, qui ſub Tit. *Augustana & Anti-Augustana Confefſio*, a uſcipiis *Leopoldi Comitis de Kollonitsch, Vindobonæ A. 1681.* prodit in 4to pag. 120. ſſ. expreſſam deprehendimus.

IV. Hæc vero fideliter exinde deſcripta ita ſonat: *Unser freundlich Dienſt, und was wir allezeit Ehren, Liebs und Guſes vermögen zuvor, Hochgebohrnen Fürſten Freundlichen Lieben Oheimen.*

Wir

Wir geben Euren beiden Lieben, mit betriebtem Herzen zu erkennen, daß der Hochgeborene, Unser gnädiger lieber Herr, und Vater, Herzog Hanns Chur Fürst zu Sachsen &c. am Freitag schirft um den neunten Seger, auf den Tag, als ein christlicher Fürst mir Gott verschieden, des Seelen der Allmächtige Vater durch Christum unsern Herrn barmherzig seyn wolle. Derselb unser lieber Herr und Vater, seiligen Gedächtnis, ist hiewor in seiner Schwachheit durch den Geist Gottes angeregt, und dardurch herzlich beweget worden, sich zu alter christlicher Religion zu wenden, und mit der Mutter der christlichen Kirchen, wiederum zu vereinen, hat auch darauff nach christlicher Ordnung, alle Sacrament, den Leib Christi, die Heil. Beicht, und Oelung, in hiziger Lieb und Demüthigkeit angenommen, und empfahen, und alsbald in seinen Leib Fürstenthumb, einen Druck ausgeben lassen, daß alle neu gemachte Ordnung der Kirchen aufgehebt, der Luther, auch andere Prediger und Anhänger der Seelen ferner nicht geduldet werden sollen. Und in einen zierlichen Testament, uns als seiner Lieb einzigen Sohn, mit dieser Condition beladen, daß uns die Erb-Huldigung der Unterthanen, und Regierung des Fürstenthums nicht erfolgen solle, bis so lang wir mit unsern Fürstlichen Würden und Worten verlätten und zuflagen, daß wir seiner Lieb letzten christlichen Willen in allen Punkten vollziehen wollen &c. und wir Gott zu Ehren und den Zufagen nach, so wir hochernannten unserm Herrn und Vater leiblich hergehoben, und des schuldig erkennen. Seint demnach in unsern Gemüth ernstlich entschlossen, weyland ihrer Lieb letzten Willen alles Fleiß zu vollziehen, alle verführliche Seeten und Lehren (darein leyder sein Lieb, Wir, und unsre Unterthanen betrüglich geführet worden, uns uns gegen Eur Lieb, und andern Christen Menschen darob nicht wenig geärgert haben) mit Wurzel und Grund gänzlich auszurotten, dero selben Anhänger und Lehrer zu hassen, zu vervolgen, und zugemeiner christlichen Kirchen demütiglich zu unterweissen, und furterhin mit Hülff des Allmechtigen in unsern Fürstenthum, rechte, wahre, christliche Religion zu erhalten. Und wir

wir diesen christlichen Werck zu schwach und unserwas beschwerliches darunter begegnen möchte, wollen wir Eur Liebden, als unsrer angebohrn Freundt und Hochgerühmte Fürsten, Liebhaber und Fürderer alter christlicher Religion, hiemit zum freundlichst ersucht haben, uns herin räthlich und beyständig zaseyn, und in der Noth nicht zu verlassen, und uns in unsrer Jugend, Land und Leuth in solchen Bewelch haben, wie unser gar freundlich und sonder Verrierauen zu Eur Lieb stehet. Wollen wir uns entgegen mit all unsrer Vermögen gegen Eur Liebden allso beweisen, daß unsers Theils die hoch innerlich und vertrauliche Verwandlung, so vor Jahrn wie Eur Liebden ohn Zweifl wissen, das Haus Bayn und Sachsen gegen einander gehabt, wiederumben erquickt, und freundlich erhalten werde. Datum in unsrer Statt Wütenberg am Sonnabend den 24. Aug. Anno 32.

Von Gottes Gnaden Johann Friderich Herzog zu Sachsen, Chur-Fürst, Landt-Graf in Düringen, und Marggraff zu Meysen Sc.

Inscriptio ita se habet:

Dem Hochgebohrnen Fürsten unsren Freundlichen Lieben
Obeimb, Herrn Wilhelmen und Herrn Ludwigen,
Pfalz-Graffen bey Reim, Herzogen zu Ober-
und Nieder-Bayrn.

V. Atque hæc est decantata illa, totiesque excusa atque
recusa Joh. Friderici Epistola, in qua Pontificii, omne suum in hac controversia querunt præsidium, quam nebulo
quidam, quisquis ille sit, nefario ausu finxit, orbique ob-
trusit, magna certe cum contumelia constantissimi illius
confessoris, majori vero injuria, in famam filii & successo-
ris ipsius, cui hanc Epistolam impostor quidam, ex Ponti-
ficiorum grege sceleratissimus affinxit, ceu infra suo loco
sols meridiano clarius, demonstratum dabitur.

VI. Ante vero quam id fiat, e re utique visum fuit, bre-
vem præmittere notitiam historicam, ex qua Lectori con-
stare

stare possit, (1) a quo primum hec Epistola in apricum fuerit pro-
trusa, (2) ubi & quories causa atque recusa, (3) qua hanc ob rem
integro ab hinc, & quod excurrit seculo, agitata sint controversie,
denique, (4) a quibus in examen passim vocatum & discussum fue-
rit, hoc de Apostasia Johannis Constantis, lubricum pariter ac
ludicrum Pontificiorum fundamentum.

VII. Quantum itaque ad Originem & natales hujus fabu-
læ actinet, ex Historiarum monumentis liquido constat,
nihil quicquam de hac materia, ante Johannis Friderici
El. obitum, qui A. 1554. contigit, publice in literas fuisse
relatum; imo nec ante finitum concilium Tridentinum A.
1564. vel per auditionem cuiquam de Epistola illa constitisse,
finito vero illo concilio, ubi omnis spes decolasset, re-
ducendi Lutheranos in sinum Ecclesiæ Romanæ, Pontifi-
cii novas inierunt vias ac rationes, quibus fascinare illorum
animos possent, etiam si pari ratione, ut haec tenus tentati
modi, omni caruerint effectu.

VIII. Inter has vero novas machinationes merito prin-
cipem locum occupat, Epistola illa, quam supra vidimus,
facta omnino & supposititia, nulloque alio fine ad inventa,
quam, ut, partim fucum orbi Romanenses facerent, quasi
omnis Johannis El. adversa fortuna, exinde originem trax-
erit, quod suo ipsis malo neglexerit, parentis ultimam vo-
luntatem exequi, partim etiam, ut reliqui Protestantium
Principes, ex Johannis Friderici El. exemplo cautius mer-
cari disserenter, conciliique Tridentini Decreta, in tem-
pore subscriberent, ni eandem cum Joh. Friderico subire
vellet fortunam aleamque.

IX. Primus itaque, quantum quidem certo constat,
qui fabulam hanc finito statim Concilio Tridentino, in pu-
blicum proturserit, JOHANNES NASS, homo cucullatus fuit,
in dem fünften Hundert Evangelischer Wahrheit cap. LXXV. & in
altero Tract. quem inscripsit, Ausmusterung des Carten-Cordi-
Buchs (ita profano hoc Tit. Formulam Concordia fugillat) pag.

- 25. § 40. qui prodiit Ingolstadt 1581. 4. Ex quo turbido Nas-
fii fonte haustan, seppennio post, Prefationi sua ad Duces
Bavariae inseruit ANDR. FABRICIVS Leodiensis, quam
præmisit Harmonie Augustana Confessionis a se adornata, quæ
prodiit Colonia 1587. fol.

X. Deinde, pullum hunc pestiferum Seculo XVI. exclu-
sum, sub initium Seculi XVII. de novo in apricum produxit
lucifuga quidam ANONYMVS, im Gespräch von den fürnelm-
stenstreitigen Punkten der christlichen Religion, durch einen eisri-
gen Catholischen Weltlichen Geistlichen, pag. 431. cuius Mataeologi
Dialogus prodiit Moguntia 1607. 4. Horum vestigia brevi post
secutus est personatus Pseudonymus CHRISTOPH von UN-
GERSDORF, in der christlichen Gratzlation oder Glückwün-
schung an die Evangelische Land Stände in Oesterreich, wegen be-
haupteter Augspurgischer Confession, quæ prodiit 1610. 4. ubi
pag. 202. ff. crambem hanc foetidam atque putidam, denuo
recoctam legimus, cuius nefarior foetus auctorem esse famo-
sum illum transfugam Casp. Scioppium, cui socium facinoris
se præbuit Jesuita Jac. Kellerus, ex Hier. Brückneri gründli-
chen Vorstellung §. XVI. discimus.

XI. Quamvis vero D. Zeemannus, hos impostores
cum putidis suis mercibus, mafcule rejecerit, ceu suo loco
dicetur, nihilominus tamen circa A. 1653. fabulam hanc
rursus repetere ausus est, Jesuita JODOCVS KEDDIVS in
seiner Schuldforderung, Parte III. statim ab initio; cuius æque ut
antecefforum vestigia, post aliquot annos pressit alius qui-
dam Pseudonymus, qui 1678. sub Tit. JOHANNIS THEOPH.
KLIBNIZENS beyder Rechten beßiffen in Wien publicavit:
Send schreiben an den Chur - Fürsten zu Sachsen, wider Valentini
Alberti, ubi Lit. K. facie 1. § 2. Apostasiæ Johannis mentio-
nem injicit.

XII. Hujus nefarios ausus cum laudatus Alberti reje-
cisset, post aliquot annorum decursum, signanter 1678. de-
novo fabulam illam in scenam vocavit ANONYMVS quidam,
æque

æque ac consortes sui, mendax atque effrons, in libello cuius hunc novimus Titulum: *Ephemerides oder Kurze Tag und Jahr-Geschichte vom Anfang und Untergang des Lutherischen ersten Evangelii, und des Melanchthonis Augspurgischen Confession, auctore G. W. J. Pilo-Germano 1678.12.* in quo pasim eandem cum sociis suis reciprocat ferram, dum pag 268 seq. Epistolam illam in medium profert, sed ab aliis exemplaribus non simplici vice differentem, cœu infra ex instituta collatione plenum fiet.

XIII. Tandem Anno 1681. nescio quam ob causam, cum primis nundinas agitarunt cum merce illa Epistolari putida, hostes veritatis infensissimi, dum crambem illam multoties coctam, rococtam, totiesque rejectam, rursus recuperent, Jesuitæ Pragenses, pariter & eodem anno Windobonenses, dum Epistolam illam iteratis vicibus magno studio & fervore in publicum protulerunt, ut demonstratum dedit D. Alberti, in *Refutatione Auguſtanæ & Anti-Auguſtanæ Confessio-*nis pag 300. Eodem hoc quoque anno intertam legimus prædictæ jam Aug. & Anti-Aug. Confessioni, auspiciis Leopoldi a Kollonitsch publicatæ p. 129. seqq.

XIV. Atque ex illo tempore per XL. & quod exurrit annos, si pulsa immo demorta quasi jaeuit lepidissima illa de Johannis Constantis Apostasia, fabella, usque dum nostro hoc ævo, rursus eam ex orco dicas, suscitavit, supra jam no- minatus sycophanta Pragensis JOHANNES KRAVS im *Hi- storischen Beytrag für das zweyte Lutherische Jubel Jahr*, ad A. 1681. qui partes nuginienduli, mendaciorumque confarcinatoris, vix adimplevisse sibi visus est, nisi hanc quoque, inter multas alias, fabulam, superpondii quasi loco, penu suo mendaciorum copiosissimo, adderet adjiceretque.

C 2

CAPVT

CAPVT IV.
DE
**SCRIPTORIBVS ILLIS, QVI PECVLIA-
RI OPERA FABVLAM ILLAM REFV-
TARVNT.**

Argumentum.

Haec tenus nominatis fabulae coctoribus atque recollectoribus, ex nostris fabulis malefice opposuerunt, numero plures, tempore locis diversi. Primus omnium fuit Georgius Zæmannus, hunc secuti sunt, Johannes Aprianus, Valentinus Alberti, Hieronymus Brücknerus, quorum scripta diligenter recensentur.

I.

Posteaquam haec tenus in primam fabulae illius, de Apostolia Johaanis Electoris, originem & natales inquisivimus, primum item illius auctorem atque sequaces recollectores in scenam produximus, opera nunc pretium erit, ut illos quoque commemoremus, qui imposturam Epistola illius venditata detexerunt, ac nugivendulis illis masculis se se opposuerunt, eorumque nefarios ausus, pro rei dignitate, firmis certe & invictis argumentis, funditus exterunt.

II. Primus itaque ex nostris fabulis, qui laudabilem hac in parte suscepit operam, exorrectaque fronte, obviam ivit nefario huic Pontificiorum ausui, celebris olim Ecclesiæ Lutheranæ Theologus, sacrorumque apud Campidunenses Svevos antistes, D. GEORGIVS ZÆMANNVS fuit, qui personato illi *Ungersdorffio* opposuit: *Gründliche Ablehnung der Lästerschrift Christophs von Ungersdorff, Lauingen 1612.* 4. ubi a pag. 316. ad 330. XIV. argumentis, pseudonymi illius os, tam felici successu obturavit, ut ab eo tempore, perpetuo

petuo silentio obticuerit, conf. CAROLI in *Memorabilibus Sec. XVII. Tom. I. pag. 206.*

III. Eodem tempore, exemplo D. Ziemanni adductus, Ungersdorff librum aggressus quoque est ex Lutheranis, JOHANNES APIARIVS, in seiner Antwort auf Ungersdorffs *Anni Christi Gluckwunschnung*, eodem Anno & loco, ut legeret est in Catalogo Bibliothecae quondam instructissimæ D. Joh. Frider. Mayeri pag. 156. num. 303.

IV. Porro illi, quem cap. præ. §. 21, nominavimus Pseudonymo KLIBNIZIO, strenue sese opposuit VALENTIN. ALBERTII t. t. in Acad. Lipf. Th. Lic. dignissimus; in dem gründlich vertheidigten Alberti wider Klibnizen, Lief. 1672. 4. in qua refutatione, laudati D. Ziemanni argumenta latius aliquantulum deducta, nugivendulo illi pseudonymo, quisquis ille tandem fuerit, opposuit pag. 65. seqq. quibus, temporis successu, nemo ex Pontificiis, teste experientia, quicquam regerere ausus fuit.

V. Tandem ubi Ephemerides illæ §. XII. cap. pr. commemorata, a lucifuga quadam protuderentur, HIERON. BRUCKNERVS J. II. L. & t. t. Serenissimo Saxonie Duci Gothano a Secretis feudorum, jussu & auctoritate Sereniss. Principis ac Domini sui, prolixam æque ac doctissimam adornavit refutationem, cuius hunc novimus Titulum: *Grünaliche Vorstellung, daß ein unlängst im Druck herausgegebenes Büchlein, ohne Benennung des Dichters, Druckes und Orts, unter dem Titel: Ephemerides, oder kurze Jahr- und Tag-Geschichte vom Auf und Untergang des Lutherschen ersten Evangelii und des Melanchthonis Augsburgischer Confession, eine den Reichs-Constitutionen, und sonderlich dem Religions- und Westphälischen Friedens-Schlusß, zu widerlauffende Schmäh-Schrift, wie auch das darinnen enthaltene Schreiben, weyland Chur Fürst Johann Friederichs zu Sachsen, an die damaligen Herzoge Wilhelm und Ludewigen in Bayern, wegen seines Herrn Vaters, weyland Chur Fürst Johannsen angegebenen Abfalls vor seinem Tode, von der*

C 3 Evan-

*Evangelischen zu der Pabstischen Religion, unter dessen Nahmen
boshaft und feschlicher iichtet sey, auf sonderbahren Fürstlichen
gnedigsten Beschl aufgesetzt und heraus gegeben durch Hierony-
mum Brückner, Leben secretarins zum Friedenstein, Jena 1679.
4. in quo, ut titulus docet, nervos & diligenter, non so-
lum Ephemerides illas in genere, sed & speciatim fabulam
illam de Apostasia Johannis Constantis putatitia, refutatam
deprehendimus.*

VI. Vix autem publicæ exposita erat luci, hæc Burck-
neriana Apologia, ecce, statim contra eam insurgebat alius
quidam ANONYMVS, brevi quidem opella, si numerum pa-
gellarum in forma 12. consideres, atenim mole calumnia-
rum evibratarum, brevitatem cum pondere compensans.
Hac itaque occasione inductus, denuo in arenam descendere
debuit laudatus BR.VCKNERVS, nunc J. V. D. ut & Con-
filiarius ac Assessor Consistorii Ecclesiast. quod in Aula Duc-
ali Saxo Meiningensi erat, meritissimus, qui *Anonymo* illi,
opposuit, die wiederholte gründliche Vorstellung wider einen
Lichtscheinenden Lästerer, zu Rettung, der in seiner hiebevorigen
Vorstellung verhädigten Wahrheit, Meiningen 1681. 4. in
hac repetita Demonstratione, prolixius saltim deduxit ea,
qua in priori libro jam dum erant exposta, additis quibus-
dam novis, quæ re sibi visa erant argumentis, ad quam,
nihil haec tenus ex parte Pontificiorum repositum fuisse,
constat.

VII. Denique cum A. 1681. liber ille *Augustana & Anti-*
Augustana Confessio, de quo §. XII. cap. prædiximus, in publi-
cum prodiret, laudatus D. VALENTIN. ALBERTI in ex-
amen illum equidem vocavit, docteque strophas adversario-
rum detectis in der gründlichen Wiederlegung der Augustana und
Anti-Augustana Confessionis, Lipsia 1681. 4. hanc vero, de Epis-
tola illa decantata materiam pag. 300. seq. sicco præterit pede,
quippe quod ab aliis, quos indicat, abunde sit discussa.

VIII. Atque ex illo tempore, post tot tantasque venti-
lations

lationes ac disputationes, triumphavit semper veritas; nec quisquam repertus fuit, qui elapsis quadraginta abhinc & quod excurrerit, annis, vel mustitare ausus esset, postquam fabulae illius futilitas, tam clarissime demonstrata atque detecta fuisset, ut vel maxime; usque dum hoc nostro anno, Jesuita ille Pragensis, ut §. 14. cap. prae. diximus, vestigia antecessorum suorum sequi, crambemque toties recostam, totiesque rejectam, denuo recoquere non est subveritus. Ut igitur hujus quoque conatibus in tempore occurratur, arma illa quibus sociorum suorum proterviam repulsam feliciter novimus, capienda a me nunc quoque fuerunt, praesertim vero, cum editiones librorum hactenus commemoratorum, hodie plerumque nos fugiant.

IX. Quo instituto, ut constare nostris possit, quibus argumentis atque rationibus, olim jam vice haut simplici, calumnia illa in manes piissimi Electoris Johannis Constantis evibrata, masculo fuerit depulsa atque abstensa, ex supra allegatis auctoribus, qua sparsim in illorum scriptis hodie raro obviis, deprehenduntur, in unum singula collecta justoque ordine disposita, Lectori veritatis amanti sequenti capite propinamus, indicatis semper, ut par est, auctoribus; quibus unum alterumve argumentum acceptum sit referendum, reliqua, nostra industria & labore tribuenda esse, instituta collatione ad oculum patescet.

CAPVT V.

DE

ARGVMENTIS, QVIBVS SENTENTIA DE FALSO IMPVITATA ELECTORI APO- STASIA, REFELLITVR.

Argumentum.

Argumenta quibus Epistola illa supposititia refelli potest, duorum sunt generum, 1. quæ ex ipsius Epistola tenore desumuntur, & qui-

24 CAP. V. DE ARGUMENTIS QVIBVS JOHANNI EL,

qui tem a) a vñdū authentici venditati, qua demonstratur 1. ex differentia dialectus & stylī Misnici, a stilo Epistolæ, 2. ex Confessione Legatorum Bavaria El., quibus de authenticō nihil plane corſistit; 3. ex diversa Pontificiorum relatione. b) a discrepancy exemplarum impressorum ab authenticō venditato, quo per collationem demonstratur. II. Qua a variis circumstantiis rebusque externis petuntur, & quidem 1. a collatione hujus Epistolæ cum veris & genuinis, ut vocant, literis Notificatoriis Joh. Friderici, de obitu parentis; 2. a falsitate circumstantiarum qua in Epistola aperite se produnt. 3. ab iis, qua circa extremā vita Joh. Elect, contigerunt argu- mento Epistolari protinus contraria; 4. ab inconvenienti & ab- surdo, quasi Joh. Frid. in eliminanda Lutheri doctrina, au- xilium a Ducibus Bavaria petierit viribus suis diffusus; 5. a confessione ipsorum Pontifici, qui Johannem eque ac Joh. Frid. Lutheranos demotuos esse fatentur; 6. a constantia Joh. Frid. El. in agnita veritate, quam & Pontificii satis mirari haud possunt. Conclusio.

I.

Argumenta nunc in scenam prolaturi, quibus figmen- tum Epistolæ, & in ea venditata Johannis Elect. Apo- stasias falsitas, sole meridiano clarissimæ demonstrari potest, ab initio statim monemus, ea non unius esse generis, alia sunt illata & a variis circumstantiis rebusque internis petita, alia sunt externa, alia in adversariorum nituntur confessio- ne, alia denique, ex subsequentibus clarissime cognoscenda.

II. Ut autem eo ordinatis dicenda proponi possint, singulas rationes, qua contrarium liquido demonstrabunt, sequenti digeremus ordine, scilicet, qua

1. a vñdū authentici, quod Pontificii in archivo Elec- toris Bavariæ affervari dicunt, defumi possunt,

2. a discrepancy exemplarum impressorum, ab ori- ginali & authenticō Epistolæ venditata,

z. a

3. a collatione hujus Epistolæ cum literis, ut vocant, notificatoriis veris, de obitu parentis ad Principes quosdam Imperii, Johannis Friderici nomine exaratis,
4. a falsitate circumstantiarum, quæ in Epistola illa, plus vice simplici aperte se prodit,
5. ab iis, quæ circa extrema Electoris Johannis vicæ contigerunt, argumento Epistolæ protinus contraria,
6. ab inconvenienti & absurdio, quasi Jo. Fridericus in eliminanda Lutheri doctrina, operam & auxilium a Ducibus Bavariæ imploraverit, viribus suis diffusus,
7. a confessione ipsorum adversariorum, qui Joannem Electorem in religione Lutherana demortuum fuisse asserunt,
8. a constancia Johannis Friderici, Johannis Filii, in agnita ab antecessoribus suis veritate, quam & Thuanus Lib. IV. non satis mirari potest.

III. Primum itaque argumentum, quo falsitas Apostasias Johannis Constantis, liquido demonstrari potest, desumptum est a ficto & spurio authenticō Epistolā Johannis Frid. ad Bavariæ Duces exarata, quod in archivō Electorali Bavarico adhuc dum asservari prætendunt, ex quo Johannis defēctio, terminis terminantibus & sole meridiano clarius demonstrari posse, putant Pontificiis.

IV. Evidem non negamus, extare posse Epistolæ illius decantata exemplar quoddam, in prænominato tabulario Electorali, ex quo transsumta sint exemplaria typis plus vice simplici expressa, sed in eo vertitur rei cardo, an illud, quod in archivō illo asservari dicitur proque authenticō vendicatur a Pontificiis, revera sit authenticum ipsum Epistolā Johannis Friderici ad Bavariæ Duces exarata? hoc caput est totius controversiæ, hic Rhodus! hic saltus! figuramentum vero esse, quicquid etiam adversarii de famoso illo authenticō garriunt, ex sequentibus planum fiet rationibus.

V. Prima petitur a dialecto & idiotisimi Misnici, ut & byli curia Saxonica, illo utique tempore usitati, differentia, a te-

D

nore

26 Cap. V. DE ARGVMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

nore styli & dictionis genere, quo conceptam deprehendimus Epistolam illam, Johanni Friderico Saxonie Electori attributam. Constat enim inter criticos, inter alia indicia, ex quibus colligere licet, scriptum quoddam esse suppositum, illud etiam suum occupare locum, quod a *stylo* desumitur; quod si enim dictionis genus diversum sit a noto aut seculi, aut scriptoris stylo, facile est colligere, ejus non esse scriptum, cuius in fronte gerit nomen, aut cui adscribi vulgo soleat, qua de re pluribus egit CLERICVS, in Arte Crit. P. III. Sect. II. cap. VI.

VI. Quod si vero nunc conferamus scripta, cum primis publica, ex curia Saxonica Electorali, temporibus Johannis Friderici, magno numero in publicum emissas, eorumque stylum ac dictionis genus, paulo curatius in examen vocemus, atque cum stylo Epistola illius conferamus, liquido apparet, & voces multas, & ipsam vocum structuram, protinus discrepare, a dialecto misnica, styloque curiae Saxonicae, atate illa usitato.

VII. Quotus enim quisque est, qui judicium de dialecto Misnica ferre possit, nec cognoscat, in Epistola illa, multas voces occurrere, quae a dialecto Misnica plane sunt alienæ, Barbaricum vero idiottissimum, hodie etiam usitatum sapiunt; quis enim vel unico exemplo demonstratum dabit, in aula Saxonica & Misnia, temporibus Johannis Friderici unquam scriptum fuisse, Wür pro wir, erkennen pro erkennen, Seiger, pro Zeiger, Tott pro Tod, verainen pro vereinigen, Seellen pro Seele, ainen Truckh pro einen Druck, ainigen pro einzigen, gemainer pro gemeiner, thail's pro theils, besättien pro besetzen, Wüttenberg pro Wittenberg, Ohaimb, pro Oheim, Wilhelmben pro Wilhelm, Pfallenz Grafen pro Pfalz Grafen, & quæ sunt reliqua, in exemplaribus Epistolæ illius publicatis reperiunda, quæ a Barbarico potius quam Misnico calamo profecta, ^{vñ} Epistola tam aperte produnt, ut quam maxime; plura suppeditat BRUCKNERVS in der gründlichen Vorstellung §. XVII. seq. & in der widerholten gründl. Vorstellung cap.

cap. IV. §. 4. seq. & ex illo D. ALBERTI im verthatigten Alberti pag. 75. seq.

VIII. Altera ratio, qua impostura authentici venditati, liquido demonstrari potest, petitur a Confessione Legatorum Bavariae Electoris, D. Oexlein & D. Ernstii, Cacellarii aulici, quippe qui, in Comitis Imperialibus A. 1653. & 1654, dum famosus ille Jesuita Keddius, fabulam illam, hac etiam occasione recoqueret, Legatis Saxonis diligenter in rem hanc inquirentibus, responderunt, sanctissimeque affleverarunt, se nihil unquam, ne per auditionem quidem de authentico illo accepisse, multo minus oculis unquam illud lustrasse; addebat insuper D. Oexlein, se ultra XX. annos in aula Electorali versatum haec tenus esse, ipsiusque tabularii accuratam sibi acquisivisse notitiam, nec tamen, si dicendum quod veritas esset, se affirmare posse, authenticum illud unquam oculis suis lustrasse, vel quicquam de illo auduisse, ceu demonstratum dedit BRUCKNERVS loc. cit.

IX. Tertia ratio desumitur, ab ipsorum Pontificiorum dubia & diversa relatione; aetate predicatorum Bavariae Electoris Legatorum, non fuit in Archivo Electorali; circa tempora vero personati illius Klipnizii, Augusta Vindelicorum in manibus privatorum fuisse, nungendulus ille *Auctor Ephemeridum* scribit pag. 24. Klipniz hatte das Original zu Augspurg durch P. Christoph Otto, Dom-Prediger daselbst, von der Canzel im Dom ablezen hören, gesehen, gelesen und abgeschrieben; dein circa A. 1681. dum Augustana & Anti-Augustana Confessio Vindobona in publicum protuderetur, rursus in Archivo Electorali assertum fuisse authenticum illud, pag. 300. affirmatur, & quæ sunt reliqua; ex quibus, si temporum rationes conferamus, sole meridiano clarissima impostura hostium veritatis elucet, dum fere nesciunt, quo se cum spurio suo authenticō, convertere debeant, ut palliare fraudem tam apertam aut oblinire saltim, pro virili possint sua.

X. Atque unum hoc & primum argumentum, quod a ficto & spurio Authentico Epistolæ illius desumitur, ad

retundendas adversariorum strophas sufficere poterat. Quis enim est qui nesciat, consuetudinem circa tabularia in aulis observari solitam, vicujus, ejusmodi scripta & documenta majoris momenti, tam pertinaci cura affervari solent, ut raro, etiam si implorata possessorum gratia, quicquam eorum ad describendum concedatur; quod si vero jam, Authenticum Epistolæ Johannis Friderici, illis temporibus, ut fabula haberet, in archivō Bavarico extiterit, quis sanæmentis crederidet, eam fuisse Electorum Bavariae supinam negligentiam, ut, nulla habita cura, tam maximū momenti documentum, quo Apostasia Johannis Electoris protestantibus ad oculum demonstrari posset, ad manus privatorum pervenire paterentur.

XI. Interim quicquid hujus sit, hæreat Epistolæ illius, ut adversarii volunt, authenticum in Archivo Electorali, aut privatorum scriniis, ubicunque velit; producant, quofo! si viri sunt, quicunque in hac controversia, ad illud tanquam ad anchoram sententia sūx, confugiunt, ad recognoscendum illud, & conferendum cum manu, sigillo, iisque scriptis glorioissimi Electoris Johannis Friderici, quæ adhuc dum præsto sunt in Archivo Serenissimorum Saxonie Ducum, quod Vinaria affervatur, ut ex collatione invicem instituta, judicium ferri possit, & erit res in vadō; quam diu vero hoc non fiet, venditatum illud Epistolæ authenticum, inter imposturas & nebulonis ejusdam inventa, locum suum ex merito habiturum esse, audacter pronuntiamus.

XII. Secundum, ex ordine §. 2. indigitatorum Argumentorum est, quod a discrepantia exemplarium impressorum, ab authenticō venditato, desumitur; omnes enim & singuli, qui cum Epistola illa orbi illuserunt, certo certius affirmant, se ex authenticō & originali descriptam habere, id quod, annexa apud omnes, Notariorum Publicorum attestata atque confirmationes, demonstrant; quod si hoc demus, necessum utique erit, ut singula impressa exemplaria cum origi-

originali ad amissim convenientia, nec vel gry quidem ab eo differant; constat enim, transsumta ex archivis, runc de-
mum mereri fidem, quando in singulis literarum & vocum apicibus, cum originalibus in tabulario assertis, ex assē
conveniunt, alias merito suspecta reputantur, nec ullam
habent fidem publicam; qualis autem exemplarium Epis-
tolae impressorum, cum authentico illo venditato, sit
consonantia pariter atque harmonia, ex instituta nunc col-
latione plantim fiet.

XII. I. Quoad Titulum Epistolæ; is apud Uengersdorffum, Kedgium, Klipnizium, & in Ephemeridibus suprain mediū prolatis, statim ab initio Epistolæ appetet, in Refutazione vero Brückneriana, & in Kolloniſchii Augustana ac Anti-Augustana Confessione, sub finem suum occupat locum.

XIII. II. Quoad Textum Epistolæ; hunc si penitus inspiciamus, nulla ferme periodus est, nulla linea, in qua literarum & vocum non occurrat differentia, quandoque etiam integra vocabula omisſa, quæ in reliquis tamen oce-
currunt. Nos portiora tantum probationis loco in mediū proferemus, abbreviatis auctorum nominibus.

Ung. Unsren freundlichen Dienst und was wir allezeit &c.

Red.

Klib. } Unser feundlich Dienst

Kol.

Ephem. allezeit

Resp. ad Brückn. Unser wür

2.

Omnēs: Guets

Kollon: Gutes.

3.
Ung. Ked. Freündliche liebe Oheim

Klib. " Oheimben.

Ephem. Freundlichen liebe Oheimen

D 3

Resp.

30 CAP. V. DE ARGMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

Resp. ad Brück. { Freundlichen lieben Oheimen.
Kollon.

Ung. Wir geben Euer beyder Liebden. 4.

Ked. { Euern beeden Lieben

Ephem. { Euer Liebten.

Klib. = Euer Liebten.

Resp. ad Brück. Wir geben Euren beeden Lieben.

Kol. Wür geben Euren beeden Lieben.

5. Omnes: betrühten Herzzen.

Kol. betrieben

6. Omnes: erkennen. Resp. ad Brück. erkennen.

7. Omnes: Unser gnädiger lieber Herr und Vater.

Klib. vocem lieber non habet.

8. Ung. schier um den neundten Seger.

Ked. schierist

Eph. { schierist

Klib. schierist

Resp. ad Brück. { schierist

Kol. tott.

9. Omnes: Mit tod

Resp. ad Brück. totte.

Koll. tott.

Ung. { des Seelen

Ked. des Seelen

Ephem. { des Seelen

Kol. desen Seel

Resp. ad Brück. des Seellen.

10.

11.

Omnes: Allmächtig.
Ref ad Br. Allmechtig
Koll. Allmechtige,

Omnes hertzlich.
Resp. ad Bruck. hertzlich,

Ung. wiederum zu vereinen.
Koll. wiederumben
Resp. ad Br. = verainen.

Ung.
Klib. Alle Sacrament, den Leib Christi, die heilige Beicht
Resp. ad B. und Oelung.
Keddius: voces: den Leib Christi non habet.
Ephem. - - Sacra menta - - Oelung
Kol. - - vocem heilige H. litera tantum initiali,

Omnes: Demüthigkeit. Resp. ad Bruck. Demüttigkeit.

Ung. alßbald in seiner Lieb Fürstenthumb, einen Druck
Klib. alßbald
Ephem. Liebden
Resp. ad Bruck. = = = einen Druck.
Kol. alßbald in seinen Druck.

Omnes: das alle neugemachte Ordnung der Kirchen aufgehebt.
Klib. = = = aufgeheben.
Resp. ad Bruck. = = = Kirchen = =

Ung. Klib. Koll. Ferner nicht geduldet.
Ephem. = = = nitt geduldt
Resp. ad Br. Peter nit gedulst.

32 CAP. V. DE ARGUMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

Ung. Seiner Liebd einigen Sohn.	19.
Ked. Kol. = Lieb	=
Klib. Seinen lieben	=
Eph. Seiner Liebden	=
Resp. ad Br. Seiner Lieb ainigen	•

Ung. Kl. Kol. nicht verfolgen sollen
Eph. Resp. Br. nit sollte
Kol. nicht erfolgen solle.

^{21.}
Ung. zusagen, daß wir seiner Liebd letzten Willen.
Ked. Kol. Lieb letzten christlichen Willen.
Ephem. Qd. = = =
Resp. ad Bruck. zusagen das wir seiner Lieb &c.

Ung. <i>Vater</i> leiblich	<i>Vater</i>
Kl. <i>Vater</i>	<i>Vater</i>
Eph. leiblich <i>Vater</i>	<i>Vater</i>
Resp. ad Br. <i>Vater</i> leiblichen	<i>Vater</i>
Kol. <i>Vater</i> leiblichen.	<i>Vater</i>

Ung. weyland	Zher Liebden	23.	der wiede in dodele ghe Gedolle
Ked. Kol.	= Lieb.		medole
Kl.	" " Herrn Lieb.		strid be qan
Ephem.	= Zher Ld.		men in medole loe
Reph. ad Br. Weiland	ihrer Lieb.		

Ung. quatuor vicibus	E.	E.	L.	L.
Ked.	=	=	E.	L.
Ephem.	=	=	E.	Vd.
Kl.	=	=	Euer Liebden	
Resp. ad Br.	=	=	Euer Lieb.	
Kol.	=	=	Euer Lieb.	

25.

Omnes: zu hassen, zu verfolgen,
Kl. zu hassen, non haber.

26.

Ung. Ephem. beschwörlich darunter entgegnen.
Resp. ad Bruck. Kol. beschwörliches darunter entgegnen.
Ked. : : darunder begegnen.
Klib. : : darüber . . .

27.

Ung. Resp. ad Bruck. in solchen Beselch haben.
Ked. Eph. in solchem . . .
Klib. in sothanen Beselich .
Kol. in solchen Bevelch . .

28.

Ung. ohn allen Zweiffel wissen
Ked. Ephem. Resp. ad Bruck. ohn Zweiffel wissen
Klib. sonder Zweiffel
Kol. ohn Zweiffel.

29.

Ung. das Haß Sachsen und Bayern.
Omnes reliqui: das Haus Bayern und Sachsen.

30.

Ung. erwecket und freundlich erhalten werde.
Ked. Eph. Resp. ad Br. Kol. erquicket und freundlich &c.
Klib. erquicket und ersfreuet werde.

31.

Ung. & reliqui: in unser Stadt Wittenberg
Resp. ad Bruck. Kol. in unserer Statt Wittenberg.

32.

Ung. Ephem. den vier und zwanzigsten Augusti, Anno im zwey
und dreyzigsten.
Klib. Anno 1532.
Resp. ad Bruck. den 24. Aug. 32.
Kol. den 24. Aug. Anno 32.

34 CAP. V. DE ARGUMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

III. Quoad inscriptionem Epistolæ:

Ung. Eph. den Hochgebohrnen Fürsten unsren.
Resp. ad Bruck. & Kol. dem " " unsern.

Ung. Eph. Ohemen
Klib. Oheimben.
Resp. ad Br. Ohaimb.
Kol. Oheimb.

Ung. Ephem. Herrn Wilhelmen und Herrn Ludwigen.
Klib. Kol. " " Lubewigen.
Resp. ad Br. Herren Wilhelmen und Herrn Ludwigen.

Ung. Pfalzgrafen bey Rhein.
Klib. Pfalentgrafen
Resp. ad Br. Kol. Pfalzgrafen bey Reim.

Ung. Eph. Obern und Niedern Bayern.
Klib. Ober und nieder Beyern.
Resp. ad Br. Kol. Ober und Nieder Bayern.

XIV. Atque hæc sunt, quæ ex collatione exemplariorum impressorum Epistolæ illius, Lectori veritatis amanti apprime cognoscenda erant, quæve fidelissime, quod sancte testor, invicem collata sunt. Plura equidem adduci potuissent, verum cum illa discrepantia, quæ in literarum apicibus nobis obveniebat, minoris videbatur esse momenti, data opera illam præterivimus, cum in medium prolatæ, ad fallaciam & fraudes adversariorum detegendas, satis superque facere possint.

XV. Hæcenus illa argumenta adduximus, quæ ex ipsius Epistola tenore, nec non habitudine exemplarium impressorum, desumi possunt, restat illas nunc etiam perlustremus rationes, quæ a variis circumstantiis rebusque extensis petuntur.

XVI,

XVI. In his primum argumentum est, quod a collatione huius Epistola, cum veris, ut vocant, literis Notificatoris Johannis Elec-toris, de obitu parentis, ad Principes & Status quosdam Sac. Rom. Imperii datis, desumitur.

XVII. Heic non opus erit commemorasse morem in aulis Principum consuetum, quo personæ ac familiæ illu-stres, de quavis re vel lata vel tristi, per literas nuntiatorias, amicos, consanguineos vel con federatos Principes, certio-res facere solent, cum hoc illos tantum latere putem, qui ceremoniarum aulicarum plane sunt inexpertes. Illud tantum dico, Epistolam illam fictam ad Duces Bavariae, ex ejusmodi Nuntiatoriarum esse numero, ut ipse contextus aperte loquitur, fictam vero & plane contrariam genui-næ illi, ad Bavariae Duces, nomine Electoris Johannis Friederici, de obitu Parentis, exaratae, ex sequenti illius Copia, quam ex Archivo Ducali Vinariensi cognoscendam Lectori damus, clarissime elucet.

XVIII. Ita vero Epistole illius Notificatoriae veræ, & fidelissime a me descriptæ tenor sonat:

Unsere freundliche Dienste, und was wir Liebs und Guts vermögen allzeit zuvor, Hochgebohrner Fürst, lieber Vetter,

E u. Ld. geben wir mit beschwertem und betrübtem Gemüth zu erkennen, daß der Hochgebohrne Fürst, Unser gnädiger Lieber Herr und Vater, Herzog Johans z. Schur-Fürst, seßiger und loblicher Gadechtnis, am nechstvergangenen Freitag naeh 10. Uhr Vormittag, als ein Christlicher Fürst, nach dem Willen des Allmechtigen Gottes verschieden; des Seel Gott der Vater durch Christum Unsern Herren seinen Sohn, geruhe gnädig und barmherzig zuseyn, der freundl. Zaversicht, Eu. Ld. werden desfeilen Unsers lieben Herrn und Vaters tödlichen Abgang, aus angebohrner Vetterlicher Verwandtneis, mit uns Fr. Mitleidenträgen; dann der selben E. L. freundlich zu dienen sind wir willig und geneigti. Datum Torga Mittwoch nach Assumpt. Mariae Virgini, Anno Dni XXXII.

Johanns Friedrich.

In Catalogo nominum subscriptorum Principum, ad quos Epistola hæc nuntatoria exarata fuit, inter alios, tertio loco invenimus: *An Herzog von Bayern;* Quod si igitur veram

E 2

hanc

36 CAP. V. DE ARGUMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

hanc & genuinam Epistolam Johannis Friderici Electoris auctiatariam, conferamus cum illa, quam Pontificii vendicant, ex contextus utriusque collatione, impostura hujus tam clare elucet, ut vel maxime. Apparet interim ex tenore suppositiæ illius, habuisse primum impostorem exemplar verum & genuinum ad manus, ita tamen, ut nefando auctu illud corrumperet, multaque immisceret, pro sua, de Johannis Electoris Apostasia hypothesi, statuminanda, quæ in genuino illo exemplari protinus aberant.

XIX. Porro ^{nisi} Epistolæ illius probari potest, ^{a falsitate circumstantiarum,} quæ in eadem, plus vice simplici aperte se prodit, & quidem

Primo, in assignando die emortuali Electoris, dum 16. Aug. qui dies veneris erat, circa horam 9. vespertinam, Johannem obiisse dicitur, cum tamen die Martis, decimo videlicet tertio Augusti, circa 10. matutinam beata illi mors contigerit, ut testatur SLEIDANVS Lib. VIII. ad h. a. BVCHOLZERVS in Chronol. REISNERVS in Geneal. Ita quidem argumentatur ZEEMANNVS apud ALBERI VM Loc. cit. pag. 67. verum si dicendum quod res est, hæc Zeemannii ratio parum haberet in recessu; quod si enim impostor, in omnibus genuinum Epistola notificatoria exemplar, quod utique ad manus eum habuisse supra jam innuimus, secutus fuisset, ut in assignando die emortuali factum videmus, a veritatis tramite eum deflexisse, sine culpa postulari nulla ratione potuisset; laudatum enim electorem utique die 16. Augusti natura debitum reddidisse, liquido apparet ex Epistola genuinæ illius, quam supra in medium produximus, tenore, cum qua consentit Lutherus moribundo Electori præsens, in Epistola quædam, quæ extat in Tomo V. Altenb. edit. nov. pag. 960. fac. 6. Chytreus in Saxonia ad A. 1532, pag 340. Hortlederus in Effigie Johannis, quæ præsto est Part. I. Lib. I. cap. 4. p. 42. Biblia Ernestina, in Effigie ejusdem Elect. apposita, conf. & BRUCKNERVS in der Vorstellung §. 16.

Secun-

Secundo dicitur, Johannem brevi ante mortem & decubentem jam, testamentum condidisse, cum tamen hoc, quatuor fere annis ante ejus obitum, Anno scilicet 1529. factum esse constet, ex inspectione testamenti, cuius authenticum adhuc dum afferatur in tabulario Ducali Vinariensi, ceu ex subsequentibus planum fiet.

Tertio omni caret fundamento, dum impostor afferere non erubescit, Electorem Johannem, filio & successori testamento injunxit, ut quantocuyus Lutherum ejusque assertas elinaret, seque cum omnibus subditis, Ecclesia Romana rursus associaret, cum contrarium sole meridiano clarius demonstrari possit, ex testamenti genuini tenore, cuius excerpta quædam, convenienti hoc loco, ut in medium proferamus, res ipsa postulat; Ita vero beatus Elector inter alia cautum esse vult:
Zu dem ersten, vermahnen und biechen wir, befahlen dazu unsern lieben Kindern allen ambt, Herren und Fraulein, dass Sie vor allen Dingen Gott fürschen und lieben, und sein heiliges Wort und Evangelium, am brechten Gottes Dienst, die Tage ihres Lebens fürdern, und Unsre Sahne dasselbe in ihren Landen und gebieten soviel Ihr Lebden mit Gottes Hülfe und Gnaden immer können, handhaben, und sich davon nis wollen wenden lassen noch schrecken, auch durch kein Drauen, es sey in Concilien, us Reichs Tagen, oder sonst, somm an wieder das Evangelium und heilwirige Gottes Wort etwas setzen oder verordnen würde, und diejen Unsern Bevölklich, erkennen wir Uns, nit allein aus Väterlicher Lieb, sondern auch aus Geborßam Gottes Geboths zu thun schuldig &c. Und solches mit Väterlichen Sorgen zu bevelchen, haben wir nit geringe Ursachen, weil ietz so ein ferliche Zeit vorhanden, und der Teuffel, das Heilige Evangelium in mancherley Weg gar lästiglich angreift, als mit mancherley Ratten und missglauben, dazu mit Gewalt dasselbe ohne Unterlaß zu dampffen für hat, dass derhalben Uns und einem jeglichen christlichen Vater und Fürsten, billig grosse Sorge für seine Kinder und Unterthanen, die er gerne Wolt hie und dort wol verorgen, und in Gottes Gnade und Hulde leben wifsen, davon entfehen myß &c. Und zwar zu unserm lieben Sohn Herzog Johannis Friederichen, haben wir vaterliche und ungezweifelti he Hoffnung, nach dem sein Lieb, durch die reiche Gnade Gottes, sein reines Wort, Wohl gefasst und beliebet, darzo auch bey seiner Lieb Fabren, bereit an offt gesehen und erfahren hat, wie gnädiglich und wunderlich mit öffentlicher That, obn aller Menschen Rath und Hülfe, Gott der Allmächtige dasselbe Wort erhalten hat, beyde bey Meyland Unsre lieben Brüdern Herzog Friederichen fehl, und auch Unfern Zeiten, wie der so manigfaltige sorgliche Tücke und Fürnehmen fast der ganzen Welt, ob-

38 CAP. V. DE ARGUMENTIS QVIBVS JOHANNI ELS

ne Zweifel angefangen hat, werde es auch vollführen, und über feiner Verhaischung rhest erhalten &c. Der Wegen Unser lieber Sohn Herzog Johannis Friederich, ob Gott will, um keiner Menschen Furcht, oder Drauen, noch einiger zeitlicher Sachen willen, von dem Gattlichen Wort lassen wird, und Gott wird sein Lieb behüten, daß sie nicht von Teuffelschen Rethen verführt werde. Und nach dem es dann am Tag ist, daß man Pfarrer und Prediger haben muß, soll anders das Evangelium erhalten werden, dazu auch gelarte Theologen und Doctores, die do mechtig seyn, das Wort zu verfechten, und rein zu erhalten, und sonderlich zu itziger und künftigen Zeiten, so viel Rottens und Unglück einreiset und täglich zunimmt &c. Darum wollen wir unsere liebe Sehne treulich vermanch, und Ihren Liebden biemit, als der Vater freundlich befahlen haben. Sie wollen Ihnen die hohe Schul zu Wittebergk sonderlich, Gott dem Allmächtigen zu Lobe, die weil die heilwerte Gnade seines reichen Worts, izt in diesen letzten Zeiten, dafelbst wunderlich, erßlich wiederumb erschienen, und aufgängen, zum hechsten lassen befohlen, und dieselbige ungefürstes Kolmens mit allem Fleis erhalten, auch als die Landes-Förster nach Uns darob seyn, daß in Städten und Flecken auch Schulen gehalten werden, nach dem Ihr Liebden nit weniger dann wir, mancherley gelarte Leuthe, zu mancherley Ambe und Brauche werden haben müssen &c. Auch weil die Visitation so izt durch die Gnade Gottes haben fürnehmen lassen, der nächstgen und nützlichken Werke eins ist, nachß dem Wort Gottes, sollen Unser Sehne mit allem Fleis über solche Visitation halten und sie handhaben, damit man fromme und gelarte Prediger in Städten und Flecken bestdelle, und die Leuthe seliglich und mitzlich, auch zu allen christlichen Geborsamb geleit und vol regirt werden &c. Reliqua data opera sicco præterimus pele, in ea tantum intenti, quæ ad rem præsentem spectantia, omnino commemoranda erant, ex quibus falsitas relationis & impostura hostium veritatis,clare, aper-
teimo palpabiliter cognosci potest.

Quarta impostura Epistola, etiam ex dato, ut vocant, elucet, dum literas illas, Johannem Frider. Wittebergæ d. 24. Aug. dedisse nugatur, quo die, Elector laudatus non fuit Wittebergæ, demortuo enim Schweinizi Johanne Parente, filius Coburgi absfuit, ac d. 18. Aug. Wittebergam denum advolavit, d. 19. corpus Academicum ad se invitari curavit, ad propositiones d. 19. Aug. audiendas, quibus peractis d. 20. Torgaviam discessit, ibique per aliquot dies commoratus est, uerasque literas notificatorias exaravit.

Quinta eaque falsa circumstantia elucet, quando imposta-

Post Johannem Fridericum nominat filium Johannis *unigenitum, ainigen Sohn*, cum tamen ex catalogo Genealogiae Electoris laudati, clarissime constet, parentem hunc morientem, *duos* reliquissim filios superstites, Johannem Frider. *pura & secundo* genitum *Johannem Ernestum*, qui anno parentis emortuus, in Academia Wittebergensi grauiter studiis incumbebat, post excessum vero Parentis, Coburgi, ubi natus erat, sedem suam habens, vixit, usque ad A. 1553, quo, ab beatas sedes parentem glorioissimum secutus est. Patet id ipsum etiam ex Testamento, cuius supra quædam fragmenta dedimus, ubi Johannes parens in pluralitatis numero, *unsere Söhne*, plus vice simplici, eos alloquitur. conf. ROSINV'S in vita Johannis, MULLERVS in Annal. Sax., & adde Scriptores Genealogicos.

Sexto provocat impostor ad mandatum quoddam Johannis Friderici typis publicatum, quo, vigore testamenti parentis, omnes a parente in favorem nova religionis factas constitutiones annihilatas, degue ipso Lutheru cum affectis suis, eliminando, causum fuisse nugatur; at vero, quam turpiter hic quoque se gerat sycophanta, ipsa experientia testatur; quis enim est, vel superiori ætate, vel hoc nostro aeo, cui per auditionem saltim, de hoc mandato ejusque executione, quicquam constiterit? respondeant nugivenduli & producant exemplar unum alterumque, ut de eo ferrri possi judicium, & erit res in vado. Contrarium ex actis Johannis Friderici, suo loco commemorandis, apparebit; linquimus igitur nugas has, nugivendulis hujus sententiaz patronis, nemores illius vulgati: ubi sunt rerum testimonia, non opus est verbis.

XX. Hæc igitur cum ita sint, nec a quoquam, nisi qui omnem exuisse humanitatem, dicendus sit, in dubium vocari possint, mirari, quisquis veritatis amans est, satis haud poterit nugivendolorum effrontem proterviam, dum putida illa & futili merce, tam magno nisu, orbi illudere non verentur; sed ita exemplo pontificiorum comparatum videmus, ut is, qui semel verecundiæ fines transfiliit, gnaviter impudens, dici mereatur.

XXI.

XXI. Quintum ex classe Argumentorum §. I. supra prolatorum, quibus ^{ad} Epistolæ illius clarissime demonstrari potest, petitur ab iis, quo circa extrema Johannis Electoris vite, contigerunt, arguento Epistole protinus contraria; quæ, ut justo digerantur ordine, digitum intendemus in ea I. quæ brevi ante beatum Electoris excessum, II. circa ipsum obitum, & III. statim post illius mortem contigere.

XXII. In priorem classem spectat, I. quod Johannes Elector, A. 1531. socios protestantes omnes conscriberet, ut Smalcaldia adfint, deliberaturi de suscipienda defensione contravim hostilem, si qua forte fieret, vid. SLEIDANVS ad A. 1531. HORTLED. Tom. I. L. VIII. cap. 8. II. quod brevante obitum A. 1532, jam morbo detentus, per filium Jo-hannem Fridericum, una cum reliquis Protestantium Principibus, primam Religionis pacem in conventu Noribergensi deeerni, atque a Cæsare, Ratisbonæ comitia agente, confirmari, summo studio allaboraverit, vid. SLEIDAN. ad Anno 1532. HORTLEDERVS T. I. Lib. I. cap. 10. seqq. SEC-KENDORE. Hist. Luther. Lib. III. Seſt. IV. quibus si jungamus III. quæ laudatissimus Elector, impetrata jam pace Religionis, ex Consilio b. Lutheri, pro ulterius stabilienda religionis libertate, securitate & augmentatione, in terris suis suscepit, nullitas suscepit in Religionis negotio mutationis, quam Pontificii venditant, aut propensionis saltē in superstitiones Papisticas, tam aperte fœse prodit, ut mente captus sit oportet, qui illud non intelligat, conf. LVTHERVS Tom. V. Altenb. pag. 971. ff.

XXIII. Pariratione comparata quoque sunt, quæ secundo, circa ipsum Electoris beatum exitum contigisse legimus; brevi enim antequam naturæ debitum redderet, non solum commercium literarium habuit cum Luthero, verum etiam decumbens jam Schweinizii, eundem cum Melanchthonie aliisque Theologis, accersivit, quibuscum, ut plurimum de fontibus religionis, de immortalitate animæ, aliisque materiis Theologicis, pios sermones habuit.

Sexta

Sexta ante diem emortualem luce, filium Johannem Fridericum, Coburgum remiserat, postquam diligentissime illi ecclesias, scholas, & imprimis Academiam Wittenbergensem commendasset; quæ documenta, Constantiam Electoris in veræ doctrinæ ingenua confessione, tam liquido loquuntur, ut injurius omnino in piissimos Electoris manes, & ab omni humanitate alienus merito dicendus sit, qui ea inficiari ausus fuerit.

XXIV. Atque in deprædicanda hac, dum homines erunt, constantia permanuisse eum, usque ad extremum hali-
tum, nemo hac in parte certius testari potest, quam Lu-
therus, Melanchthon, aliique morienti Electori præsen-
tes; is vero in *Concione funebri priori*, inter alia, hanc in rem
ita scribit: *Darum wollen wir unsern lieben Landes Fürsten, unter die rech-
nen, die in Christo Jesu schlaffen, sonderlich aber darum, dass er nicht abge-
fallen ist von der Bekentniß des Todes und Auferstehung Christi, sondern dar-
ob gelitten mancherley Schaden und Schmach &c.* Paria habet Melanch-
thon in *Orat. funebri*, in qua Johannem nostrum a moderatione,
pietate erga Deum, NB. *constantia*, studio pacis, ca-
terisque virtutibus, bono Principe dignis, laudat pariter
atque concelebrat; Quibus appositò hoc loco jungimus,
quæ celebris & extemporeanei Poeta JO. STIGELII Musa,
in *Epitaphio* Johannis cecinit:

Tu, dum conaris magno præstare labore
Floreat ut veri cultus ubique Dei,
Doctoresque pios & nil nisi vera professos;
Ut doceant fideli dona benigna, foves;
Insidias quantas Christi lis nomine passus
Non bene lingua potest ullius illa loqui.
Vidimus Augustæ multos Tibi Caesaris iram
Conatos variis conciliare dolis;
Tu tamen invicto confessus pectori Christum,
Fortior & magno Te quoque major eras;
Nec Te Pontificum, nec Te corrumpere Regum
Totius Europæ nec potuere mina.
Quod ut haut animi est humani: ita præmia cœli,
Et famam æternam quis meruisse neget?

F

Et

42 CAP. V. DE ARGVMENTIS QVIBVS JOHANNI EL.

Et alter, non minus celebris illius ætatis Poeta, THOMAS STIBARVS Parte 1. Narrat. Hift. pag. 171. seq. ita laudes & constantiam b. Electoris celebrat:

Tum quoque Saxonie Johannes, inclite Princeps
Non virtute minor cognite fratre tuo;
Eximia Christum pietate fideque colebas,
Vita plæ mensis tælis eratque tua,
Vindelicis coram tua Cæsare nuper in oris
Affluit Christi lingua professa fidem,
Notior ut fieret divini gloria verbi,
Temporibus sultus quæ rediviva tuis,
Utque Evangelii studium deponere velles
Fleclere Te nullæ præpotuere minæ.
Matutin incendit Constantia peccoris hostem,
Attulit & passim multa pericla Tibi;
Sed Te difficulti protexit tempore Christus
Et grata pacem proprietate dedit:
Actua sap' Tibi moderatio profuit ingens;
Fulgida, ne quisquam fumeret arma manus.
Haec longe superas aliorum laude triumphos:
Haec virtus magno Principe digna fuit,

XXV. Sed hic ulterius nobis progressuris, manūm in-
jicient Pontifici dicentes: domestica hæc esse testimonia &
ex sinu depronta; ad quæ respondemus, domestica quidem
attamen vera esse, & ab experientia corroborata; quod si e-
nim sepe, nec tam satis laudatus Elector religionem mu-
tasset, ante quam vitam cum morte mutaret, vix futurum
erat, ut Elector, Lutherum sibi in agone constituto adesse,
manibusque ejus S. coenam sibi porrigi patretur; probent
itaque Pontifici contrarium, si viri sunt, & demonstrent cer-
tiori, quam spacio illo Epistolari arguento, aliquem ex
suum numero, Electori morienti adstitisse, qui illi vel S.
coenam sub una specie præbuerit, vel ultimam, ut vocant,
unctionem perfecerit, & vietas dabimus manus; si et vero
hoc tunc demum, quando, ut apud Maronem est

leves pascentur in aethre cervi
Et fratra desituent nudos in littore pisces.
Accedit Lutheri mens adulari nescia, vi cuius in vindicanda
veri-

veritate, posthabita quandoque, etiam regia Majestate, vehementiori usum esse stylo novimus, scilicet, ut demonstraret, in defendenda causa Dei, nullam hominum dignitatem aut splendorem quicquam apud se valere; ex quo prono nisu consequitur, quod si Lutherus, defectionem Electoris cognitam, aut, aliqualem ejus saltim presumtionem habuisset, nunquam is, acri alias ingenio suo tantum indulgere potuisset, ut Johannem tantis elogii extolleret; cui in more erat, in causa etiam maximorum Principum, scapham appellare scapham.

XVI. Parili modo, Epistolæ illius contentis contraria sunt, quæ tertio, *post mortem* Johannis in Saxonia contigisse legimus, quo spectat, ^{a)} quod Johannes Fridericus, peractis beato Parenti exequiis, totius senatus Academicæ Wittebergensis membra, summa tractaverit gratia; speciatim vero Lutherum, Melanchtonem, Pomeranum & Crucigerum, ad quadram electoralem invitari juberet, contestandi illis ergo singularem suam bevolentiam: quod vix futurum erat, si de eliminandis Lutheranis, eorumque his antesignanis, consilia cepisset Elector. Imprimis vero ^{b)} huc referendum, quod Elector laudatus, sub initium statim regimis sui, in conventu statuum Electoratus deliberaverit, qua ratione generalis illa, a parente suo A. 1528. instituta ecclesiistarum visitatio, prosequi ulterius, omnesque abusus in papatu haec tenus inoliti, penitus exuirpari poslent, ceu ex Justi Menii concione funebri, Electori Joh. Friderico habita, demonstratum liquido dedit HORTLEDERVS P. II. Lib. III. cap. 91. n. 18. seqq. ^{c)} confitat ex SLEIDANO Lib. V/II. & HORDLED. P. I. cap. 14. seqq. sub initium Anni 1533. Vinarium ad Electorem advolans Pontificis Legatum, *Hugonem Rangonum*, qui Pontificis mentem de futuro Concilio exponebat; huic tale revera datum fuit responsum, ex quo sole meridiano clarus apparebat, longe aliam fuisse mentem Johanni Frid. Elect. quam ei assingit mendacissima illa impostoris Epistola. Denique ^{d)} nemo melius, de Constantia Johannis Elect. in agnita verita-

te testificari potuit, quam ipse ejus filius Johannes Fridericus; quale vero is & protinus contrarium Epistolæ illi de parente testimonium perhibuerit, discimus ex Declaratione ad Carolum V. Imp. occasione Libri Interim A. 1548. data, qua præsto est apud HORTLED. P. II. Lib. 3. c. 88. in qua inter alia ita fatur: *Darumb sich auch weyland mein gnädiger lieber Herr und vater, ich und andere, aus gutem satten Verstand und Wissenschaft, derselbigen Confession, vor vielen Jahren, durch ordentliche Wege und Mittel, uns anhängig gemacht, daß bey dann mein gottseliger Herr Vater, bis in seine Gruben und tief bis auf heutigen Tag, (NB. 1548 d. 5. Julii) durch Gottes Gnade und Barmherzigkeit, bestanden, auch bey uns Regierung, also haben lehren und predigen lassen, und anders nichts gewußt. Wie ich auch noch nicht anders weiß, dann daß wir damit unsern Unterthanen die ewige unzergängliche Wahrheit Gottes haben anzeigen und fürtragen lassen, &c. quæ singula ita revera comparata sunt, ut mente captus sit dicendus, qui exinde, imposturam epistolæ illius venditare, non intelligat perspiciatque.*

XXVII. Sextum, ex ordine argumentorum §. I. commemoratorum est, quod desumi potest ab inconvenienti & absurdio, quasi Johannes Fridericus, in eliminanda Lutheri doctrina, operam & auxilium a Ducibus Bavariae imploraverit, viribus suis ad efficiendum propositum diffus. Evidem novum hocce, quod producimus argumentum, ex superabundanti additum vide ri poterat, cum ex hac tenus dictis & demonstratis, *vnde* epistolæ illius tam liquidissime eluceat, ut vel maxime; nam si illud non est quod magis in hac controversia esse videtur, neque illud inheret, quod minus inesse videtur; interim, tamen cum singula adversariorum argumenta excutere nobis propositum habeamus, neque hanc rationem, sine qualicunque responsione dimittendam esse putavimus.

XXVIII. Diximus vero, absurdum & inconveniens esse, quod veritatis hostes effutunt, scilicet, Electorem Joh. Frider. Ducum Bavariae operam & auxilium implorasse, viribus suis ad efficiendum, de eliminanda Lutheri doctrina propositum, diffus; nam ea erat laudato Electori virium potentia, ut facili negotio destinata ejusmodi, quæ Pontifici fingunt, etiam sine aliorum ope, vel auxilio forinsecus extitio,

petito, efficere potuisset; quod si vero demus, metuendam Electori forsitan fuisse subditorum renitentiam, & ex illa, facile suborundam seditionem, quæ, non nisi magna vi reprimi, vel sedari posse, credenda fuerit; neque sic etiam Electori opus fuisse auxilio externo Bavrorum dicimus; supererat enim tum temporis in vivis adhuc Electoris patruelis, Georgius Dux Saxonæ, hostis Lutherani nominis, intra ipsos Saxonæ limites, & infensissimus & potentissimus vere; qui tanto odio flagrabat in Lutheri asseclas, ut nullum non moveret lapidem, opprimendi ergo veritatem Evangelicam; is igitur, cum ita erga Lutheranos esset animatus, ad manus, ut ita loquar, erat Electori, nullo vel consilio vel opera defuturus, imo ambabus arrepturus occasionem manibus, destinata in excidium Lutheranae religionis consilia, ad effectum deducendi cum pondere & gravitate; at veto nihil ejusmodi, ut hostes veritatis gariint, tentatum fuisse unquam, omnia & singula monumenta historicorum, tam Pontificiorum quam Lutheranorum, illi temporis coævorum, apertissime testantur, vid. ZELEMANNVS loc. cit. Arg. V. BRUCKNERVS in der Vorstellung §. XIX. Accedit, quod in LVTHERI Tom. VI. Jen. pag. 31. Tom. XII. Witt. pag. 263. legamus, Georgium, & post fata Electoris Joh. Friderici, piissimos patruelis sui manes, acriter perstrinxisse, ob constantiam in veritate Evangelica; quod vix futurum erat, si Elector ejusmodi mutationem in negotio religionis, ut adversarii volunt, vel intentassent, vel ad minimum mente conceperisset.

XCVIX. *Sepimum ex classe argumentorum, quæ §. I., adduximus est, quod a Confessione ipsorum adversariorum petitur, qui Johannem Electorem ejusque filium successorem Johannem Fridericum, in religione Lutherana demortuos esse affirmant; quod si enim Pontifici, more suo, illa quæ hactenus in medium produximus, domestica clamarent esse testimonia & ex sinu deponita, audiant jam, quid de Constantia piissimorum Electorum laudatorum, suæ religioni addicti scribant, & quam aperte, nugivendalis illis recentioris ætatis hominibus, in*

os contradicant, sequentes coetani plerique, nec infimæ apud suos conditionis, scriptores,

XXX. Primum locum occupat sub initium Sec. XVI. celebris Theologus ac Canonicus Vratislaviensis JOH. COCHLÆVS, qui in *Hist. de Vita Scriptis Lutheri* ita differuit: *Aber wolte Gott, das dieser Fürst (Johannes Fridericus) hätte auch daselbst (zu Augspurg), wie zuvor nicht dergleichen (wie sein Vater) gehan, und der Lutherischen Confession nicht öffentlich unterschrieben, endlich auch NB. bis an sein letztes Ende, in der selben, wider die zween höchste Gewalt und Hoheit, verharret.* Idem in seiner kurzen *Postill* wider Doctor Luthers 2. Leichen Predigten, (subintellige, quas in funere beati Electoris Johannis habuerat), ne verbulo quidem iis contradixit, quæ Lutherus de Constantia Johannis proposuerat, quin imo, ut certum atque indubitatum reliquit, Johannem in heresi, ut calumniatur, demortuum omnino esse. Sed clarius loquitur LAVR. SVRIVS Moraachus Carthusianus, in *Hist. sui temporis, ad A. 1532.* scribens: *Per id tempus, quo in Turcas arma expedirentur, in venationis loco, hand procul a Witteberga, excessit e vivis Saxo Dux Johannes, NB. Lutheri Patronus, successorem habuit Johannem Fridericum filium, NB. Lutheri impensè faveantem.* Eadem fere verba repeatit CAROLVS CARAFFA Episc. Averstanus, in *Germania Sacra Restaurata* pag. 19. *Mortuus est Joh. Elector Saxo, præcipuus Lutheri fautor, qui successorem reliquit filium Joh. Frid. Lutheri impensè faveantem.* Huc etiam spectat lucifuga ille Ephemeridum auctor ac impostor, qui sui oblitus in *Praef. P. II. pag. 1. seq.* Johannem Electorem in illorum classem connumerat, *qui Lutheri doctrina additi obierunt, & tamen paulo post, non veretur sibi contradicere & affirmare Johannem El. mutasse religionem, antequam vitam cum morte mutaret.*

XXXI. Abeant igitur nunc, nugivenduli Epistolæ illius coctores antiqui æque ac recocctores recentiores lepidissimi, (præsertim pica illa Bohemica, in pistrinum merito releganda) & respondeant ad hæcce suorum, pro nobis relata veritatis testimonia, sole meridiano clariora; quæ eo minus in dubium

bium vocari possunt, quo illorum scripta, maximam apud Pontificios suos fidem merentur.

XXXII. Ultimum ex classe argumentorum est, quod a Constantia Johannis Friderici Elec^t. Johannis Fili^t, in agnita veritatis ecclesiis doctrina, usque ad extremum halitum, desumitur. Quod si enim vera sunt, que in Epistola illa de Johanne Friderico narrantur, credendum utique erit, Electorem mutasse religionem Lutheranam, ut voluntati parentis testamentariae ficeret satis; at vero tunc ppter is se datus sit, qui illud, experientia adversante, affirmare prafumeret, nemo rectius edocet ei qui non cognoscat. Quare cum admirandam Johannis Friderici Constantiam, magna nube loquantur monumenta Historiorum, quibus vita resque gesta laudissimi Electoris, posteritati sunt transmissa; quin imo ipsi etiam hostes veritatis, eam non possint dissimulare, supervacaneum esse terror, in re tam aperta, orbique universo perspecta, plura verba facere, quibus, ut est in proverbio, opus non est, ubi reruna sunt tellimonia; illud summamente tantum dico, Magnanimum illum Heroem, nec minis Caroli V. Imp. nec captivitate, nec ablatâ illi dignitate Electorali, imo nec ulla fortunae commutatione, eo adigil potuisse, ut ad minimum conscriptam illam, sub Titulo *Interim* novam doctrinæ formulam, probaret atque sequeretur. Reliqua depraedacione illius dum homines erunt, Constantia in agnita veritate Documenta, data opera præterimus, quæ suse juxta & diligenter annotarunt SLEIDANVS Lib. VIII. seqq. ROSINVS in Vita Joh. Frid. SECKENDORF. in Hist. Luth. Quin imo & ex ipsis Pontificis THVANVS Lib. IX. NATALIS COMES in Hist. ssi temporis Lib. III. HIERONYMVS FALETVS in Descript. Belli Germanici ap. Hortled. Tom. II p. 725. DIDACVS SAAVEDRA in Symbol. Pol. Num. 33. constatiam & magnanimitatem admirandam, debitis evexerunt laudibus.

XXXIII. Neque tamen, ultimum hoc etiam argumentum prætermittere possumus, quin superpondii loco, ex Testamento Electoris Joh. Friedericis, Anno 1553. a se confecto, excerpta quadam heic adjiciamus; ex quo constare poterit, Iudicatum, nec tamen satis, Electorem, in ea, quam divina gratia, per totum vitam suæ tardabiliter peractæ curriculum, professus erat, religionem, ad extremum usque halitum constanter permanuisse, imo ultimo hoc voluntatis sui decreto, cautum voluisse, ut reliqui sui filii ac hæredes, eandem, quam ipse fecerunt et religionis professionem, constantissime sequerentur.

XXXIV. Ita vero divus Elector inter alia fatus: *Dieweil alle zeitliche und ewige Wolfsarth, allein von Gott kommt, und dann seine Allmächtigkeit in diesen letzten Zeiten, sein heiliges und allein seligmachendes Wort, aus lauter Gnade wiederum an Tag und das Licht gnädiglich gegeben, derhalben auch Unser gnadiger liebet Herr und Vater seel. und wir, ißm Reichts Tag zu Augsburg des verfchienen 1530.sten Jahrs, ein christliches Bekentnis öffentlich gehan, und schriftlich übergeben, NB, dabey auch Se. Gnaden bis in ihren Todt, und NB.*

Wir

48 CAP. V. DE ARG. QVIB. JOH. EL. FALSO IMPVT. APOST. REFELL.

wir bisbiero geblieben, und durch göttliche Gnade ferner bis in Unser Ende auch zu bleiben gedencken, so befehlen, auch ermahnen wir als der Vater, Unsere freundliche liebe sehn ganz ernstlich, freundlich und väterlich, das Ihre Ld. im Eingang ihrer Regierung und fortan, vor allen Diengen ihnen Gottes Wort als den höchsten schatz geretschlich und von Herzen wollen befohlen seyn lassen, und in allewege für Augen haben, gerne haren, und ihr Leben und Regierung darnach richten, anstellen und führen, auch daby NB. bis in ihre Grube bleibben, und sieb davon veder Dreuen, menschliche Furcht, noch andres was daseyn mochte, nicht afschrecken noch abwenden lassen. Ferner sollen sie auch Uffgebens haben, daran seyn und verschaffen, damit Gottes reines Wort, Evangelium und Religion in E. L. Landen, soviel sie der dazumahl haben, und durch göttliche Verleihung künftig bekommen werden. Wie es Gott Lob! jeso stebet, und berühter Augsburgischer Confession auch dens Articuln gemäß ist, welche durch Martin Lutherin gestellt worden sind, möge bleiben, gefährdet und erhalten werden, auch sonß zu Fortpflanzung derselben gereichen &c. Damus illa ex Brückneri Vorstellung pag. 68. seq. eo videlicet tenore, proutis, extractum Testamento hujus descriptum ex authentico & originali, quod adhuc dum asservatur in Tabulario Serenissimorum Saxoniz Ducam, in Aula Ducali Vinariensi reperiundo.

XXXV. Atque sic detecta pro virili, Epistole illius, quam supra vidimus, famosissima, impoluta ac redita, depulsa quoque esse pro rei necessitate putamus calumniam, qua hostes veritatis, plissimos Electorum manus Johannis patris, filiique Johannis Friderici, diffamare non erubescunt; Triumphat igitur veritas, dispersa rationum momentis mendaciorum calligine; Vixit Johannes Constante, quæ Dei gratia est, Lutheranus, & mortuus est Lutheranus; pari ratione & secutus veltigia Parentis est, filius Joh. Frid. Magnanimus, quicquid etiam oggianiant lepidissimæ fabellæ, lepidissimi conditores & propugnatores. Viget Pietas, viget Constatia laudatissimorum illorum Electorum, & vigebit in benedictione, & memoria omnium honorum, dum homines erunt; Viget ea, atque per altissimi Numinis misericordiam vigebit, in posteris laudatissimorum Electorum, Serenissima scilicet domo (qua nullum haecenus, divina si disponeente gratia, novit transfigam) Serenissimorum Saxoniz Ducum Linea Ernestina, in quibus, sanctissimorum ac piissimorum illorum Electorum pietatem, virtutes & constantiam conservatam leti gloriamur; Deum T. O. M. ardentibus supplicantibus votis, ut Serenissimos hos Iohannis Constantis & Ioh. Friderici Magnanimi posteros, in agota primum a Serenissimis Majoribus, & tot tantisque deinceps etiannis ac calamitatibus relitura ac defensa ecclesiis veritatis doctrina, porro constantes, atque eis omnibus infutibus ac illecebris tutos integros- que conservare velit; siud enim Lutheranorum libertas, istud tranquillitas est.

F I N I S.

194
163
~~2171~~
279.10

6018



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



SCHMEIZEL
IO ACADEMICA,
TIONEM:
OR SAXONIAE
ANNES
CONSTANS,
LICTO LVtheranorum
TRA PONTIFICIORVM
NSIVERIT?
E DISCVTIENS,

Der Frage:
Ob der

Achsen Johannes,
er Beständige,
ieder zu denen Catholischen
angen sey?
t beantwortet.

MENDATA. 1741.

AGDEBVRGICAE,
VICI SYMPHERI, ACAD. TYPOGR.

(6)